

~~E~~ Eodem anno, alii dicunt tem-
pore uacacionis idest MCCCLXXXVII,
galee⁺ regnicolarum euntes contra Si-
culos obuiam habuerunt Rogerum de
Loria, qui eas multo ingenio superauit,
ubi erat comes Guido de Opusforte et
comes Theatinus dictus Philippus filius
comitis Flandrie.

⁺ cum Romanis uisus 3

Eodem anno solimanus misit dele-
tarum ad recuperandum castrum, quod
tenebat Sangolascar. Quo obtento ha-
buit castrum Licia. Postea venit solima-
nus ad obsidendum Tripolim. Sed interim
filius eius moritur et pro dolore destitit.

MCCCLXXXVIII. solimanus Melechmerar
grauē bellum dedit ciuitati Tripolitanae
et turrim episcopi, quae magnos ha-
bebat muros usque ad medietatem ma-
chinis diruit. Sustinuerunt Christiani
usque ad nonam. Postea Saraceni quasi
per totum occupauerunt muros, pe-
dites cuncti ceperunt ad mare se retra-
here et tandem equites non valentes ictus
lapidum sustinere, occisi gladio aut
submersi usque ad VIII^m estimati, multi
nauigijs sunt saluati. Captam autem